



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

5. De exemptione Clericorum in causis ciuilibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

eximuntur iurisdictione, modo non sint confiscata, sicuti si quis, qui delictum commisit, ob quod multari poterit ante ceptum iudicium mutet domicilium, à iurisdictione liberatur, nec potest deinde in ipsum sententia ferri.

- 14 Clericus ad statum Laicalem transiens iudicari non potest à Iudice Ecclesiastico propter crimina in Clericatum commissa, quia non mutat forum, imò cumulat forum cum foro.

C A P. V

De exemptione Clericorum in causis civilibus.

- 1 Clerici in causis etiam civilibus à seculari magistratu exempti sunt, quod etiam in realibus potest: Quia si bona non habeant obligationem per se, propriam sibi seu realem sequuntur conditionem & statum personæ, ita, ut si ea eximatur à iurisdictione, etiam bona ipsius exempta sint, siquidem fieri non potest, ut iudex de bonis processum iudicii atque sententiam formet, nisi personam vocando, examinando, iubendo quæ sine iurisdictione in illam fieri non possunt. *Quare certum est in Abb. quod si persona exempta est, ergo etiam res.*

NB. Quisque sortitur forum in loco ubi res sita est, ut vult Mysing. intelligitur, nisi sit persona privilegiata & exempta ut Clericus.

- 2 Si persona exempta est, etiam res eius exemptæ sunt, nisi secundum se ipsam obligationem habeant, quod accidit si V. C. à laico Rege, &c. in feudum datæ fuerint vel Ecclesiæ vel comiti feudatario Nobili, quas postea Ecclesiæ donavit; Cum enim iste Vasallus non potuerit plus iuris in Ecclesiam transferre, quam ipsi competeat, sequitur, quod domi-

forum directum semper maneat penes primum con-
ferentem, ad quem proinde proprie pertinet de
controversiis super feudo exorientibus iudicare. Ita
etiam principes Imperii, Episcopi ratione feudali-
um bonorum Imperatori subiecti sunt: *Quia nihil
obstat, quin idem homo diuersis respectibus, diuerso iure, &
qualitate censeatur.*

Si Clericus feudum habeat à Principe laico co-
m ipso conueniri potest in causis feudalibus, quia
cum Dominus laicus cognoscit in causa feudali, po-
tius iudicat super re sua, quam de Clerico. Et si Ec-
clesia habeat feudum à laico, censeatur vt laicus idque
in pactis adeo etiam vt si habeat fundus feudalis an-
nuum tributum, & negetur fructus, Dominus oc-
cupare, modò nihil attentet contra personam Cle-
rici. Quod si agatur de crimine Clerici, ob quod
meretur priuari feudo id iudex Ecclesiasticus co-
gnoscere debet, & non laicus.

Bona immobilia Ecclesiae donati possunt cum re-
seruatione iurisdictionis comparatione eorundem
bonorum.

Actor Clericus forum Rei laici sequi debet: Ex
cepte nisi consuetudine aliud obseruetur, & nisi cau-
sa sint mixti fori.

C A P. VI.

*De immunitate & exemptione Ecclesiasti-
corum bonorum.*

Bona Ecclesiastica cum ad Dei speciale domini-
um pertineant à secularium magistratum exa-
ctione libera esse debent, item vasa, & ornamenta
sacra, etiam si à priuato oratorio sub particulari ali-
cuius dominio existant. Ratio, quia hæc nullam
tempo-

Kkk